



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

II. Vt bigami, aut viduæ, aut corruptæ mariti, ad ecclesiasticos gradus non accedant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

500 HILARVS CONCILIVM SEVERVS
PAPA. IMP.

tatiño , Asterio Gabinati , Proiectio Nepesino , Astero Foroiuliensi , Philippo Numanati , Gudentio * Vecconensi , Restituto & Octauio Afris : Residentibus etiam vniuersis presbyteris , adstantibus quoque diaconibus , Hilarus episcopus ecclesiae catholicae vrbis Romae , Synodo præsidens , dixit .

ANNO
CHRISTI
465.

* Volfin.
vel Vulf.
nien.

C A N O N E S .

I.

Quoniam religiosus , sancto Spiritu congregante , conuentus hortatur , vt quæcumque pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt , cura diligentiore tractemus : si placet , fratres , ea quæ ad ordinationum tenorem pertinent , iuxta diuinæ legis præcepta & Nicænorum Canonum constituta , ita adiuuante Domino in omne * æuum mansura fo-
tempor
lidemus , vt nulli fas sit sine status sui periculo , vel diuinæ constitutiones , vel apostolicæ sedis decreta temerare : quia nos , qui * potissimi sacerdotis * possi-
administramus officia , talium transgressionum cul-
pa respiciet , si in causis Dei desides fuerimus in-
uenti : quia meminimus , quod timere debemus , qualiter comminetur Dominus negligentiae sacerdotum . siquidem reatu maiore delinquit , qui potiori honore perficitur : & grauiora facit vitia pec-
catorum , sublimitas dignitatum .

25. qu. 1. c.
Nulli fas
fit.

Ezech. 3.
¶ 13.

II.

Cauendum ergo imprimis est , ne ad * sacra-
tos gradus , sicut gestis prioribus ante præscriptum
est , quisquam , qui vxorem non virginem duxit ,
aspiret . Repellendus est etiam quisque , qui in se-
cundæ vxoris nuptias contra apostolica præcepta
conuenit .

Dicitur. Cu-
randum est.